

XVIII. *ad externam formam & usum subserviunt: Quo pacto à mundanis actionibus plurimum differunt.*

35. *Quaedam verò spiritualium actionum sunt internæ ac propriè spirituales, quæ directè salutem animarum concernunt: ut Fides in Christum: assensus verbi prædicati & auditi: Conversio ad DEVM: opera ex fide profecta: lucta cum Diabolo & carnis concupiscentiis, &c.*

---

## II. Distinctio, quæ est temporis, & diversorum hominis statuum.

36. *Secundum alteram distinctionem, homo respectu Temporis consideratur, vel in statu Integri: ante lapsum, de quo supra thesi 17: vel in statu corruptionis post lapsum.*

37. *Qui posterior status triplicem rursus efficit hominis considerationem: alia enim eius conditio ante Regenerationem: alia post regenerationem: alia denique post Resurrectionem.*

## DECISIO CONTRO- VERSIAE.

38. *Ex duplici hac distinctione ad præsentem questionem de libertate voluntatis humanæ satis commodè responderi potest: Si eius ad materiam  
suam*